2740

Summa Nongentorum Florenorum Polonicalium ob totalem summae eiusdem persolutionem quietat emittit dimittit et liberum absolutumq facit et perpetuo pronuntiat. Scriptum hoc idem manuale cum ipsius Roboratione in toto et per omnia cassat mortificat et annihilat. Haec sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Janicki Jaszmanickiemu
Roborat & Statuet.

3.° Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemyslien Gnosus Petrus Janicki Capitaneus Taborovien Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, Praesenti vero Castren Capitan Praemyslien Jurisdictioni quoad actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse suo et Gnosae Theresiae Zachodowska Consortis suae Cltmae nomine pro cuius ratihabitione cavet, et se praesentibus inscribit se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus Summisq pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus. Scriptum certum manuale per se Recognoscentem in rem et manus Gnosi Jacobi Jaszmanicki et eius Successorum ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto manuali contentarum de actu et data illius hic Praemysliae die hodierna in Actis contenta confectum et conscriptum datum manu sui Recognoscentis propria subscriptum. In omnibus et singulis

Scripti

Scripti præfati manualis conditionibus punctis clausulis ar-
ticularis vadio ligamentisq[ue] et nexibus generaliter omnis
eidem supra scripto Gnoso Jacobo Jaskmaniczki firmiter
tenere complere exequi et inviolabiliter observare omni
busq[ue] et singulis illius contentis tam in toto quam in quavis
minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere. Scri
ptum præfatum manuale ad inscriptionem præsentem Robo
ratoriam et Inscriptionem præsentem Roboratoriam ad Scriptum
præfatum manuale in toto vicissim referendo. Sole sub vadio
Summæ Sexcentorum Florenorum Polonicalium per eundem
supra scriptum Recognoscentem Gnosum Petrum Samiczki aut
eius posteros prænominato Generoso Jacobo Jaskmani
czki sive illius successoribus ob non complementum contentorum
Scripti præfati manualis omnium et singulorum tam in toto quam
in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo.
Insuper nihilominus supra scriptus Recognoscens Gnosus Samiczki
Capitaneus Tabororiensis debebit et tenebitur prout se actus
successores in et super bonis suis generaliter omnibus sum-
misq[ue] pecuniariis quibusvis habitis et habendis supra scripto
Gnoso Jacobo Jaskmaniczki eiusq[ue] posteris inscribit et
obligat præsentibus. Supra nominatam Gnosam Theresiam
Lachodowska sui Recognoscentis Conthoralem in vivam vel in eventu
mortis successores illius ad approbandum per personam Inscriptio
nem præsentem Roboratoriam vel similem aliam Inscriptio
nem faciendam ad Acta quævis authentica Regni vim
et robur perpetuitatis in se habentia intra decursum trium
septimanarum cum personali sui Recognoscentis assistentia
adducere et personaliter statuere, ab eaq[ue] vel eius successoribus
ut præmissa debite exequantur efficere. Sole sub vadio.

Summa suprascripta simili et speciali vadio aliorum videlicet sexcentorum florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem suisque eius successores suprafato Generoso Iasumanicki aut eius successoribus ob non statuitionem praefatae consortis suae statuendae vel in eventu mortis successorum illius pro tempore et loco saepenis exemptis ad solvendum succumbendum. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succumbitis ac pro re aliqua principali ex contentis scripti praefati mandatis non completa complenda. Citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Petrus Sanicki Capitaneus Taboroviensis aut eius successores ad instantiam praenominati Generosi Iacobi Sanicki aut eius posterorum ad quaevis Iudicium seu Officium Regni ex hinc res ipsa suprascripto qua ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere, vadium vel vadia praestita luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur se ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium uti et alios omnes exinde consequentes causaeque eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorenni tate successorum legatione intra vel extra Regnum militari servitio ad munimenta ad exercitorem, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Et quietationem praeterea ultra proximos Iudicii praefati seu Officii cuiuis Regni terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis amplioribus vel implicatis evasionibus suspensionibus fatalis Iuris praescriptione

Vide finem p. 3151